Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40551
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. et aduersus filium
matris tue ponebas scandalum. Hec fecisti et tacui. existima
sti iniquum fore cum tui similis. arguam te et statuam illam contra
faciem tuam. Intelligite hec omnes qui obliuiscimini dei. ne quan
do rapiat et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabi
t me. et illic iter est quo ostendam ei salutare meum. Dixit
quibus commotus dei in homine peccatori. Tu qd diuis
qui te asseris penitere. Vbi est prudentia tua. Conclusa est.
Superbia et contemptu. dum pretermittis iudicii filii. retrahe pe
dem tuum de seculo cui iam pridie renunciaueras. ut fidelis
dum vocareris. Quid queris in seculo cui renunciasti.
Penitere et de omni pompa iniquitatis. apprehende fidem
quam ante prodideras. ut consentiens diabolo tenebrarum
et dum qui est lumen post dorsum reliqueras. Memorare
filii quid ego mihi volo et non sacrificium. Ipsa erit tibi dum
si hec cum legeris feceris. ut per obediam sequaris primam
Veni de toto corde egeris. si deum per oculos habueris. si ab
missa voragine puteum venenosi. cibum salutaris accepis.
si die ac nocte in lege meditaberis. si omnem sollicitudinem
tuam super illum miseris. tunc gaudebis et exultabis in dno.
quia vicisti malignum. Tunc erit merces copiosa in celo.
quia tantum in ope dei laborasti. Tunc erit dns adiutor tuus
in die iudicii. tunc stabis cum magna fiducia. tunc stabis a
dexteris dni cum sociis eius. et dicet vobis. Venite bene
dicti patris mei percipite regnum preparatum quod vobis parauit
pater meus qui est in celis. Sinistris autem dicet. Ite in
ignem preparatum quem parauit pater meus diabolo et angelis eius
vbi ignis non extinguetur. et vermis eorum non morietur. Tunc ibunt iusti in vitam eternam. et impii et peccatores in ignem
eternum